



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

III. Vtrùm haec interior Confessio peccatoru[m] propria sit Christianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

TRiplex. Vna interior. Secunda fraterna. *Respōsio.*
Tertia, quæ fit Presbyteris.

*Quanam dicitur interior
Confessio?*

*Quæstio
III.*

Qua soli DEO peccata nostra confitemur, hoc est, qua coram DEO peccata ex animo agnoscimus, nostra opera mala cum ingenti cordis dolore damnantes, ac DE I misericordiam quærentes, de qua dicitur in Psalmo illo: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam (Domine) & tu remisisti impietatem peccati mei. Item in alio Psalmo: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Psal. 31.

Psal. 50.

Chryso. in

Parēne. ad

Theoph.

circa fin.

Estne hæc interior Confessio propria Christianorum?

Quæstio

IIII.

Respōsio.

Gentes & infideles hanc interiorē Confessionem nobiscum ex parte communē habuerunt, quod, scilicet, ad damnationem & professionem peccati attinet. Nam quis tandem est hominum, quem, cum turpitudinem suam perpendit, sui non pudeat, qui se non accuset? Nimirum id operante lege naturali, omnium cordibus inscripta, quæ parit cogitationes accusantes & defendētes.

Rom. 1.

Sed cum ad verum scopum non respexerint, perit illis omnis huius mentalis Confessionis fructus, et si Ouidius, confessis nu-

men

Caput II. De Definitione

Hilar. in
Psal. 135.

men quoddam patere dicat: Nam in primis nemo rectè erratus suos coram DEO confitebitur; nisi qui proponat in posterum à peccatis discedere. Quid enim aliud est Confessio erroris, quàm professio desinendi ab errore? Proinde gentes, quæ afflictabant conscientias suas, absque voto vitam in melius commutandi, Confessionem fructu suo frustabantur. Desinendum enim à peccatis est, ob quæ, peccati coepta est Confessio; atque ideò extra veniam erant gentiles, qui peccatum quidem agnouerunt, sed agnitum non confitebantur.

Fiducia
Absolutio-
nis.

Deinde agnouerunt quidem illi peccatum, sed præter spem veniæ & misericordiæ. Quare nulla inde ad eos redibat utilitas. Nā quid proderunt lachrymæ, & Confessio, si nulla adfit Absolutionis fiducia? Et quis potest à peccatis abstinere, detentus adhuc malo incredulitatis?

Ethnicis
debāt cul-
pā expiari
non posse.

Quemadmodum enim agricola ille, qui desperato fructuum proventu, segetes deuastantia non arcebit; ita & ille, qui Confessionem quidem seminat, nihil lucri expectans, neutiquā dimouere studebit ea, quæ resipiscentiam corrumpunt. Ethnicis ergo hæc Confessio nihil profuit, quòd de vlla expiatione culpæ, adeò nullam spem habuerunt, vt de ea ne cogitarent quidem: Sed eis poena tantum fuit omnium grauissima; criminum admissorum recordatio.

Itaque

Itaque ea interior Confessio, quæ cum amarulenta agnitione peccatorum, ac veris doloribus, votum resipiscendi & spem indulgentiæ coniuncta habet, propriè piorum est, potissima utique contritionis pars, atq; adeò veræ contritionis formatrix, & effigiatrix, à qua tam sæcernuntur illi, qui neque cum animæ compunctione, & amaritudine, neq; cum peccatorum abolitione, & spe indulgentiæ, suâ malitiam agnoscunt; quàm qui nimia desperatione obstupescunt, & benè & malè viuere, iuxtà ponentes: Atq; adeò de suis malis gloriantes, qui nullo dolore, aut metu iræ DE I afficiuntur, sed securi suis voluptatibus indulgent, sicut irrationalia pecora, natura genita in capturam, & perniciem, voluptatem existimantes diei delicias: Sic enim Petr. Apostolus homines illos impie securos describit, quorum hodie plenus est orbis. Qui fiducialiter, quæ mala sunt, agunt: Et sic nec ingemiscunt, nec lachrymam proferunt, neque confitentur, quos saluari est impossibile; quòd nec agnoscant facinora sua, nec DE I iudicium præ oculis habeant.

Confessio
interior, p-
pria Chri-
stianorum.

2. Pet. 2.

Rom. 1.

Gal. 5.

Estne interior hæc Confessio, quæ fit soli DEO, etiam utilis & necessaria?

*Quæstio.
V.*

Confessio peccatorum, quæ soli DEO fit, tam est

Respōsio.